

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Tekst oficjalny

Commune incliti Poloniae Regni privilegium constitutionum et indultuum publicitus decretorum approbatorumque, ed. I. Lascius, Cracoviae 1506, k. 195v–196

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 125 [Gn. 124]

[125] De ortilegiis civitatis Hallis in Maydemburg querendis.

Nunc attendatis de Hallis, ubi ius suum querere debent, si ipsum ignorant, aut si ipsis sententia fuerit reprobata. Hanc in Maydenburg querere debent et Maydemburgenses ipsis dare debent ante quattuor scamna et scabinis ipsorum ius dari debet, quia imposterum ipsos oportet esse testes, si necesse fuerit, quod sententia rite ac rationabiliter sit data absque qualibet contradictione. Et ibi nuncii presentes esse debent, ubi sententia diffinitur, ex utraque parte, ubi sententia fuit reprobata, qui audierunt et viderunt, quod utrique iusticia fiat. Et iudex ipsis in expensis procurare exeundo et redeundo. Si sententia sub banno regio fuerit reprobata, [k. 196] tunc debet reportari infra decem et octo hebdomadas. Si autem sub comitibus vel sub comitis banno reprobata fuerit, tunc reportari debet infra duas hebdomadas, quia scultetus habet bannum a comite et sculteciam a domino terre. Idem vero habet burgravius bannum a rege, et iudicium a domino.

[hasła: Halle, wyrok, Magdeburg, odwołanie, apelacja, ławnik, świadek, sprzeciw, sędzia, sąd królewski, termin, sołtys, burgrabia, prawo]